
V
B
C

Orationes ecclesiasticae

Incun. 118

Viana

Martini de Viana: Oratio de Christi ad celos ascensione habita anno 1494.

...rofessoris: Capellani
...ratio de xp̄i ad celos
...no dñi. M.cccc.xciiij
...esus qui assumptus
...apitulo.
...ia fretus: officium di
...rem. Pater Beatissi
...fficile hoc negocium
...imore nō possem. Ho
...o totius orbis terra-
...nsu: deqꝫ eius postre
...d impijs formidolo-
...e assumptis verbis: no
...nta nobis prebet gau
...ricetatisqꝫ materiam
...s ingenia parua non
...umbunt: Quantoqꝫ
...bruitur: qui magnitu
...negocium quod susce
...auxilium: pientissi-
...randū duxi: vtqꝫ mi-
...nus precibꝰ dicendo.
...lurimū angustias hu
...entia ordinauit: vt qđ
...terat: fides deuota cō
...te nutriret. Cum ergo
...eccati ⁊ morti essemꝰ
...s graui debitores: in-
...edemptiōis: id est pro
...habebamus vnde vi
...qꝫ de nostra mortali
...i possit vita pro mor-
...aculus tuus ipsa me
...lus iste xp̄s videlicet
...qui cum sustentaret
...demptōnis nostre to
...em: se exhibuisse pro
...lum formā serui acce

¶ Martini de Viana artium ꝛ sacre theologie professoris: Capellani R. Car. sancti Georgij sedis apostolice Cam. Oratio de xp̄i ad celos ascensione: habita corā Alex. vi. Pont. Max. Anno dn̄i. M. cccc. xciiij

Viri galilei quid statis aspicientes in celū: hic Jesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet. Actuum primo capitulo.

SI summo ingenio pariqꝫ eloquentia fretus: officium dicendi facile me implere posse crederem Pater Beatissime: tamen tam arduum: tamqꝫ difficile hoc negocium aggredi sine magno difficultatis timore nō possem. Hodierno etenim die in hoc celeberrimo totius orbis terrarum consessu de xp̄i triumphantis ad celos ascensu: deqꝫ eius postremo iudicio: cunctis quidem futuro admirabili: sed impijs formidoloso dicturus sum: Que duo angelicis vocib⁹ in preassumptis verbis: nobis insinuari videntur: Quoꝝ alterum incitamenta nobis prebet gaudiorum: alteꝝ vero (si recte sentimus) timoris anxietatisqꝫ materiam plurimū affert. Tam grandes profecto materias ingenia parua non sufferunt: ꝛ in ipso conatu vltra vires ausa succumbunt: Quantoqꝫ maius fuerit quod dicendum est: tanto magis obruitur: qui magnitudinem rerum explicare non potest. Cum igitur negocium quod suscepi humanis ac meis impar sit viribus: diuinum auxilium: pientissimeqꝫ virginis Marie patrocinium supplex implorandū duxi: vtqꝫ mihi adsint: positis de more genibus: tacitis adoremus precib⁹ dicendo.

Aue Maria.

¶ Celestiū magnitudo bn̄ficioꝝ Pont. Max. plurimū angustias humane mentis excedit: ꝛ ꝓpterea ita diuina ꝓuidentia ordinauit: vt qđ rerum mole deuicta humana ratio capere nō poterat: fides deuota cōciperet: ꝛ intellectum pura ac simplici credulitate nutriret. Cum ergo propter trāsgressionem Ade macule originalis peccati ꝛ morti essem⁹ obnoxij: prospiciens ex alto deus ex quo essemus graui debitores: iuxta qualitatem captiuitatis: reparauit munus redemptiōis: id est pro debita morte offerret indebitā. Quia neqꝫ nos habebamus vnde viueremus: nec ipse vnde moreretur. Materiam itaqꝫ de nostra mortalitate suscepit: vt de sua imortalitate collata: mori possit vita pro mortuis. Vnde Propheta clamat: Virga tua ꝛ baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga mater est dn̄i: ex qua baculus iste xp̄s videlicet redemptor noster: fesso iam per etatem mundo: qui cum sustentaret exijt. Jllum in virginis vterum delapsum (vt redemptōnis nostre totam historiam retexamus) partu effectū hominem: se exhibuisse pro homine: ꝛ creaturā suam se de creatore fecisse. illum formā serui acce

pisse: sese exinanisse potestatis voluntate: nō natura deitatis: per quā
nō poterat nō esse quod fuerat. illum maledicta pro salutaribus me-
ruisse miraculis. illum sputa. illum palmas. illum coronā spineam. il
lum postremo crucem fuisse perpessum. illum inferna penetrasse. illū
tertia die resurrexisse in id corpꝰ quod cruci fuerat affixum. illum ho
minem post mortem deum viuum celum hodierna die petisse victo-
rem: nemo est (nisi insane sit mentis) qui nesciat. De hac igit̃ dn̄i no
stri Jesu xp̄i ad celos ascensione (que (vt deuotissimꝰ inquit Bernar-
dus) est felix clausura ⁊ totius itinerarij filij dei consummatio glorio
sa) verba facturus: nō decet Aristotelis argumenta conquirere: nec ex
flumine Tulliano eloquentie ducendus est riuulus. nec aures Quin-
tiliani flosculis ⁊ scholari declamatione mulcende: pedestris ⁊ quoti-
diane similis ⁊ nullam lucubrationem redolens oratio necessaria est:
que rem explicet. sensum edisserat. obscura manifestet: nō que verboꝝ
compositione frondescat. Sint alij diserti: laudentur vt volunt: ⁊ in-
flatis buccis spumantia verba trutinent: mihi sufficit sic loqui vt in-
telligar: ⁊ vt de scripturis loquens ⁊ disputans scripturarum imitet
simplicitatem. Consummatis itaqꝫ his que ad humani generis salu
tem in terra gerebantur: demandataqꝫ discipulis sui nominis ꝑ vni-
uersum orbem predicatione: inferniqꝫ captiuitate reuocata: ad celos
hodie xp̄s memoratur ascendere. Qui quidem dies adeo faustus ⁊ fe
lix orbi terrarum illuxit vt diuina prophetarū pectora hunc ipsum ali
quando venturū multo ante presenserunt. Hoc enim est quod Pro
pheta predixit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: de
dit dona hominibus. Illa. s. dona que Petrus in Actibus apostolo-
rum de sancto spiritu dicebat. Exaltatus igitur in dextera dei effudit
hoc donum quod vos videtis ⁊ auditis. Donum ergo sp̄ussancti de-
dit hominibus: quia captiuitatem quā prius diabolus per peccatum
deduxerat in infernū: xp̄s hodie reuocauit ad celos. Hic ille presigna
tus est dies cum Hieremias vidit leonem ascendentem de cubili suo:
⁊ predonem gentium se leuantem. Hunc diem veluti presentem ha-
bebat ante oculos Daniel cum cecinit: Ecce in nubibus celi filius ho
minis veniebat: ⁊ vsqꝫ ad vetustum dierū peruenit. Et princeps ille
prophetarum Dauid ita vaticinatur: Ascendit super cherubin: vola-
uit super pēnas ventorum. Et alibi: Ascendit deus in iubilatione: et
dn̄s in voce tube. In voce etenim tube mos est victorem gloriosum re
dire de prelio. Ascendit ergo victor ac triumphator noster xp̄s Jesus
hodie ad celos: nō vbi verbum deus ante non fuerat. quippe qui erat
semper in celis ⁊ manebat in patre: sed vbi verbum caro factum ante
nō sederat. Unde quoniam iste celi aditus nouus virtutibꝰ celestibus

videbat̃:videntes naturam carnis secreta celoꝝ penetrantem: dicunt adinuicem (vt idem propheta spũsancto plenus inquit) Attollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? dñs fortis ⁊ potens: dñs potens in prelio. Que vtiqꝫ vox nõ propter diuinitatis potentiam: sed propter nouitatem carnis ad dei dexteram ascendentis ferebat̃. Hoc enim illud est quod ille Aquilinus Joannes in Apoc. vidit cũ ait: Uidi ⁊ audiui vocem angelorum multoꝝ in circuitu throni ⁊ animalium ⁊ seniorum: ⁊ erat numerus eorum milia milium dicentium voce magna: dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem ⁊ diuinitatem. sapientiam fortitudinem. honorem. gloriam ⁊ benedictionem ⁊ oẽm creaturam que in celo est ⁊ super terrã ⁊ subter terram ⁊ mare ⁊ que in eo sunt: oẽs audiui dicẽtes sedenti in throno ⁊ agno: benedictio ⁊ honor ⁊ gloria ⁊ potestas in secula seculorum: Sed plurimũ superuacaneum fore arbitror Patres amplissimi hoc in loco inuestigare: vtrum conueniens fuerit quadragesimo post resurrectionẽ die xp̃m ad celos ascendere. ⁊ sm̃ quam naturam ascensio sibi conueniat. ⁊ an propria ascenderit virtute. ⁊ cum ascensio quidam sit mot⁹: an fuerit naturalis vel violentus. ⁊ an successiuus in tempore: spatijqꝫ descriptiuus: an mutatio penitus momentanea. ⁊ vtrum omnes celos corporeos. oẽsqꝫ spirituales creaturas transcenderit. ⁊ ꝗ̃plurima alia subtilissima cognitióeqꝫ dignissima: que inter viros scolasticos disceptari solent: suntqꝫ a nobis Parisius ⁊ alibi frequentius disputata. Sat nobis in presentia erit: humane nature quam per xp̄i ad celos ascensionem adepta est dignitatem: attente considerare. Quid enim maius per deum nobis conferri potuit: ꝙ̄ ꝙ celestibus exequati dignitate sumus? Nam (vt Aug. vtar sententia) super excelsa mundi terrenum corpus hodie imponitur: ⁊ ossa intra sepulchri angustias paulo ante conclusa: cetibus angelorum inferuntur: ⁊ in gremium immortalitatis mortalis natura transfunditur. O nullis antea seculis auditam humani generis dignitatem. O admirabile diuine misterium clementie: quo erexit ex terra inopem: ⁊ ex stercore eleuauit pauperem. Quo interclusum ab Adam: nobis iter ad celum Christus aperuit. Quo patrum nostroꝝ aĩos e tenebris in lucẽ euocauit. Quo fuso fugatoqꝫ humani generis hoste: victor ac triumphator: in patriã reuersus est. Itaqꝫ vti saluatoris nostri laborib⁹ finem hodiernus dies attulit: ita initium beatitudinis humane confirmauit. Quicquid ergo effecit xp̃s anteq̃ᷓ pateretur (vt beatus Leo docet) ad demonstrandam suscepti hominis pertinuit veritatem: Post passionem vero ruptis vinculis

moris:infirmitas in virtutem:mortalitas in imortalitatem:contume
lia transiuit in gloriam. Contemplemur igitur hodie purgatissimis
animis quantũ humano generi xp̃s cõtulerit. Et si nos illius extremi
iudicij (de quo pauca dicturi sumus) nullus horror mouet: si nullus
eterne mortis pauor excitat:saltem mouere nos debeat ⁊ allicere sen
sus nr̃os:vite illius cupido sempiterne: vt xp̃o duce tales euadamus:
vt ad templũ illud eternitatis ascendentez hodie saluatorem nostrũ:
sequi aliquando mereamur. Sed qua via quoue itinere xp̃m hodie ad
celos ascendentem sequi debeamus:paulisper aduertite queso. Duas
certe cõuersationis vias ⁊ distincta in diuersum itinera viuendi Sal
uator in euãgelio ostendit:Quã inquit spaciosa via que ducit ad mor
tem:⁊ multi sunt q intrant per eam. Et rursum: Quã arcta via ⁊ an
gusta est que ducit ad vitã:⁊ pauci sunt qui inueniunt eã. Vide q̃ta
inter has vias separatio sit:quantũqz discrimen: illa ad mortem: hec
tendit ad vitam. Illa celebratur ⁊ teritur a multis: hec vix inuenitur
a paucis. Illa enim vitijs per consuetudinem quasi decliuior ac mol-
lior:⁊ veluti quibusdã amena floribus voluptatũ:facile ad se rapit cõ
meantium multitudinez:Hec vero insueto calle virtutũ tristior atqz
horridior:ab his tñ eligitur:quibus non tam delectatio itineris cordi
est:q̃ vtilitas mansionis. Asperã enim nobis ⁊ insuauem virtutũ viã
nimia effecit consuetudo vitiorꝫ:que si in partem alteram transfera-
tur:inuenies sicut scriptura dicit semitã iustitie lenem. Ponamus er
go iam rationem vite nostre ⁊ per quã potissimuz post Saluatorem
nostrum gradiamur viam : conscientia teste discamus. Omne enim
quod agimus:omne quod loqmur aut de lata aut de angusta via est.
Si cum paucis angustũ iter ⁊ subtilem quandam semitã inuenimus
ad vitam tendimus. Si vero multorum comitamur viam:ẽm dñi sen
tentiam imus ad mortẽ. Si ergo odio atqz inuidia possidemur: si cu-
piditati ⁊ auaricie credimus:si voluptati atqz luxurie operam damus
si presentia cõmoda futuris preferimus:per spaciosam viam post te-
nebrarum principem ad infernũ descendimus. Habemus ad hoc co-
mitem multitudinem:⁊ late similium stipamur agminibus. Si ira-
cundiam libidinemqz implere volumus:si iniuriam vindicare:si ma-
ledicenti maledicimus : ⁊ aduersum inimicũ inimico animo sumus:
eque cum pluribus ferimur. Si vel adulamur ipsi:vel adulantem li-
benter audimus. si vero gratiam impendimus:⁊ magis offendere ani
mos hominũ timemus q̃ nõ ex animo loqui:de multorꝫ item via su-
mus:Tot nostri sunt socij quot a veritate extranei. At econtra si ab
omnibus vitijs sumus alieni. si purum ac liberũ animũ presentamus
⁊ omni cupiditate calcata:solis studemus diuites esse virtutibus: per
angustam viam post Saluatorem nostrũ ad celos ascẽdere nitimur.

Conuersatio enim nostra paucorum est. Sed o bone deus quam perrarū
atqȝ difficile est: hac nostra tempestate presertim: idoneos huius iti-
neris comites reperire: quinetiā multi hac ire via se simulant: ⁊ per di
uersa errorꝫ diuerticula: ad viam multitudinis reuertunt̄. Ideoqȝ val
de timendum est: ne quos duces huius itineris habere nos credimus:
eos comites habeamus erroris. Si igit̄ inueniūtur exempla: que nos
per hanc angustam viam ducant ad vitam: ⁊ rectum euangelij trami
tem teneant: sequenda sunt. Clamat vas electionis Paulus: nosqȝ
quasi ad angustum hoc iter cōuocans: cū inquit: Imitatores mei esto
te: sicut ⁊ ego xp̄i. Et xp̄s in euangelio: Uenite ad me omnes qui labo
ratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiam vos. Ego sum via veritas ⁊ vita.
Nunquam enim errat qui sequitur veritatem. Un̄ Johannes ait qui dicit
se in xp̄o manere debet sicut ille ambulabat ⁊ ipse ambulare. Nec imi
tandi nobis sunt illi: qui sub xp̄iano noīe gentilem vitam agunt: ⁊ ali
ud professione: aliud conuersatione testantur: atqȝ vt Apl̄us ait: deuȝ
confitentur se nosse: factis autem negant. Inter xp̄ianum ⁊ gentilem
non fides tm̄ debet: sed etiam vita distinguere: ⁊ diuersam religioneȝ
per diuersa opera monstrare. Nolite ait Apl̄us iugum ducere cum in
fidelibus. Que enim participatio iustitie cum iniquitate? aut que so-
cietas lucis ad tenebras? que autem cōuentio xp̄i ad belial? Sit ergo
inter vos ⁊ illos maxima separatio: distinguant̄ certo discrimine er-
ror ⁊ veritas. Illi terrena sapiant qui celestia promissa non habent.
Illi huic breui vite se totos implicent qui eterna nesciunt. Illi pecca
re non metuant qui peccatorꝫ impunitatem putant. Illi seruiāt vitijs
qui non sperant futura premia virtutū. Nos vero qui purissima con
fitemur fide: omnem hoiem manifestandum esse ante tribunal xp̄i:
vt recipiat vnusquisqȝ propria corporis sui prout gessit: siue bonū: siue
malum: procul debemus esse a vitijs dicente Apl̄o: Qui enim sunt xp̄i
carnem suam crucifixerunt cū vitijs ⁊ concupiscentijs suis. Si ergo re
cte. si fideliter. si sancte. si pie ascensionem dn̄i celebramꝰ ⁊ cum illo ad
celos ascendere de[si]deramus: sursum oculos mentis ⁊ corda habeamꝰ
ibiqȝ nostra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia: vt cū Apl̄is ascensio
nem dn̄i nostri Jesu xp̄i hodierna die videntibꝰ: digne audire merea-
mur: Uiri galilei ⁊c̄. Hactenꝰ de xp̄i ad celos ascensione pro angustia
tp̄is satis: reliquum est vt de eius ad iudicium aduentu qui in preas-
sumptis verbis nobis insinuat̄ pauca (sed valde vtilia) ꝯstringamꝰ.
¶ De aduentu dn̄i nostri Jesu xp̄i ad futurū iudicium pauca dicturꝰ
Pater Bea. cumqȝ assertur aduersus impios ⁊ incredulos: tanquam in
edificij fundamento: testimonia diuina ponenda sunt: si prius de quo
iudicio loqui intelligā expressero. Sunt namqȝ plura dei iudicia: quia
⁊ nunc iudicat: ⁊ ab humani generis initio iudicauit: dimittens de pa

radiso: ⁊ a ligno vite separās primos homines diuine legis transgres-
sores. imo etiam qn̄ angelis peccantibus nō pepercit: procul dubio iu-
dicauit. Nec sine illius alto iustoqꝫ iudicio ⁊ in hoc aereo celo: ⁊ in ter
ris ⁊ demonū ⁊ hominum miserrima vita est: erroꝝ erumnarūqꝫ ple
nissima. Quinetiam homines quandoqꝫ aperte: plerūqꝫ occulte luunt
pro suis factis diuinitus penas: siue in hac vita siue post mortem. Nō
igitur de illis primis: nec de istis medijs dei iudicijs: sed de illo nouissi
mo dicere intendo: quando redemptor noster xp̄s Jesus in maiestate
magna ⁊ virtute venturus est viuos ⁊ mortuos iudicare. Hunc diui-
ni iudicij vltimū diem dicimus: ⁊ aliquando dies domini nuncupat̄:
vbi cuncta dei iudicia apparebūt esse iustissima. Nunc vero tam mul
ta tāqꝫ varia: ac pene omnia dei iudicia latent sensus mortalesqꝫ men
tes: ⁊ indies magis atqꝫ magis inscrutabilia fiunt dei iudicia: ⁊ inue-
stigabiles vie eius. Nam (vt diuus inquit Aug.) nescimus enim quo
dei iudicio bonus ille sit pauper: malus ille sit diues. iste gaudeat quē
pro suis perditis moribus cruciari debuisse arbitramur: contristetur
quem vita laudabilis gaudere debuisse p̄suadet. Exeat de iudicio non
solum inultus: veꝝ etiam damnatus innocens: aut iniquitate iudicis
pressus. aut falsis obrutus testimonijs. Econtrario scelestus aduersa-
rius eius nō solum impunitus: veꝝ etiam vindicandus insultet. im-
pius optime valeat. pius languore tabescat. latrocinentur sanissimi iu
uenes: ⁊ qui nec verbo quenqꝫ ledere potuerunt: diuersa morboꝝ atro
citate affligantur. Infantes vtiles rebus humanis: īmatura morte ra
piantur: ⁊ qui videntur nec nasci debuisse: diutissime insuper viuant.
Plenus flagitijs ⁊ sceleribus sublimet̄ honoribꝰ: ⁊ hominē sine que
rela: tenebre ignobilitatis abscondant. Et cetera hm̄ōi que nescimus
quo iudicio deus ista vel faciat vel fieri sinat: apud quem summa vir
tus est ⁊ summa sapientia: summaqꝫ iustitia: nulla infirmitas: nulla
temeritas: nulla iniquitas. Verū enimuero cū ad illud iudiciū dei ve-
nerimus (cuius tempus iam prope est) nō solū quecunqꝫ tunc iudica
bunt̄: veꝝ etiā quecūqꝫ ab initio iudicata: ⁊ quecūqꝫ vsqꝫ ad illud tp̄s
adhuc iudicanda sunt: luce clarius apparebunt esse iustissima: eo ꝙ
nullus ibi imperite erit querele locus: cur iniustus ille sit felix: ⁊ cur iu
stus ille infelix. oīum nāqꝫ tunc nō nisi bonoꝝ plena ⁊ vera felicitas:
⁊ oīum nō nisi maloꝝ digna ⁊ summa infelicitas apparebit. De hoc
equissimo iustissimoqꝫ iudicio saluator ipse cum obiurgaret ciuitates
in quibus magnas virtutes fecerat neqꝫ crediderant ⁊ eis alienige-
nas anteponeret: Verūtn̄ inquit dico vobis: Tyro ⁊ sydoni remissius
erit in die iudicij q̄ꝫ vobis. Et paulo post alteri ciuitati: Amen dico vo
bis quia terre Sodomorum remissius erit in die iudicij q̄ꝫ tibi. Et alio
loco: Viri inquit Niniuite surgent in iudicio cum generatione ista et

condemnabunt eam: quia penitentiam fecerunt in predicatione ione.
⁊ ecce plusq̄ Jona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatio
ne ista ⁊ condemnabit eam. Rursus alio loco cum de malorum ho-
minum ⁊ bonorum nunc permixtione: postea separatione (que vtiq;
die iudicij futura est) loqueretur: sic inquit: Erit in consummatiõe se-
culi: mittet fili⁹ hominis angelos suos: ⁊ colliget de regno suo omnia
scandala: ⁊ eos qui faciunt iniquitatem: ⁊ mittet eos in caminũ ignis
ibi erit fletus ⁊ stridor dentium: tunc iusti fulgebunt sicut sol in re-
gno patris eorum. qui habet aures audiẽdi audiat. Et discipulis suis:
Amen inquit dico vobis q̄ vos qui secuti estis me: in regeneratõne cũ
sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos super se-
des duodecim: iudicantes duodecim tribus Jsrael. Multa preterea tã
noui q̄ veteris testamẽti de vltimo iudicio testimonia: breuitati enim
studens plura coaceruare non possum. Jllud tamen pretermittendũ
non est quod xp̄s in euangelio ait: Cum venerit filius hominis in se-
de maiestatis sue ⁊ omnes angeli cum eo: ⁊ congregabuntur ante eũ
omnes gentes: ⁊ separabit eos adinuicem sicut pastor segregat oues
ab hedis. ⁊ statuet quidem oues a dextris suis: hedos autem a sini-
stris: tunc dicet his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris
mei possidete paratum vobis regnum a constitutõne mundi. His au
tem qui a sinistris eius erunt dicet: Discedite a me maledicti in ignẽ
eternum qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. O vox iustis suauissi
ma: iniustisq; tremenda. O sententia pijs optabilis: impijsq; horren-
da. Unde vereor patres amplissimi ne forte in illa retributionis die:
qua ante tribunal xp̄i vnicuiq; secundum sua facta reddendum est:
his qui in terrenis magis negocijs q̄ in celestibus laborarunt: iusti iu
dicij responsione dicatur: Jte si potestis: ⁊ illic vbi tota deuotione ser-
uiuistis: mercedem vestre seruitutis exigite. Talis cã est virginum de
euangelio quinq; stultarum: que dum solicitudine secularium va-
nitatum: se contra professionis sue ordinem occuparunt: oleum vnde
verum lumen accenderent non habentes: in tenebris remanserunt.
Quid igitur facient in illa die miseri peccatores: qñ reuoluto celo cum
angelicis virtutibus igneus dominus totus adueniet? Quãdo caden
tibus desuper stellis sol in tenebras ⁊ in sanguinem luna mutabit?
Qñ montes sicut cera liquescent? quando terra ardebit ⁊ arescent flu
mina ⁊ maria siccabuntur. ⁊ contra rerum naturas consumpto di-
uinitus humore: ariditatem in aquis: ignis operabitur? Quando pec
catores dicent montibus: Cadite super nos: ⁊ collibus: tegite nos? Qñ
vocabunt homines mortem: ⁊ vocata non veniet? Quando discrimi-
na vertentur in vota: ⁊ quod semper oderunt homines concupiscent?

Quando illud implebitur: quod lugubri Hieremias explicat affectu
dicens: Respexi terram: ⁊ ecce non erant luminaria: Vidi montes: et
ecce erant trementes: ⁊ vniuersos colles turbari. intendi acie ⁊ ecce nõ
erat homo. ⁊ omnes volucres celi pauebant: vidi ⁊ ecce carmelus de-
sertus: ⁊ omnes ciuitates succense igni a facie domini ⁊ a facie ire in-
dignationis eius: ⁊ interierunt vniuersa. Quid ergo tunc facient qui
nunc in honorib⁹ gloriãtur: qui per terribiles prefecturas ⁊ fasces ⁊
eternas vt ipsi existimant dignitates: deo se comparare nitunt̃: rapi-
na nõ natura: Peribunt sine dubio (mihi credite) peribũt inquã in
illa die omnes cogitationes eoꝝ: nec eos apud tribunal illud. L. Cras-
sus defendet: aut. M. Antonius: aut istis eloquentior Tullius: quoniã
omnis tunc seculi lingua obmutescet: ⁊ sola erit in rusticulis suis fa-
cunda iustitia. Dum tempus ergo habemus seminemus in spiritu: vt
messem in spiritualibus colligamus. nec attendam⁹ ad paleas: quas
ventilabrum xp̃i continuo separabit a tritico: donec qui venturus est
veniat ⁊ iuxta prophete vaticiniũ discernatur inter iustum ⁊ impiuz
⁊ inter seruientem deo ⁊ nõ seruientem: sicut dominus dicit: Ecce qui
seruiunt mihi letabuntur: vos autem contristabimini. Non nos igi-
tur inertes vindicte dies ⁊ retributionis inueniat: qui iminens ac vici
nus esse ⁊ seculi ruinis vndiqz concurrentibus: ⁊ hominum flagitijs
⁊ sceleribus passim publice impuneqz regnantibus ⁊ scripturarũ con
testatione probatur. Consideremus q̄ in hac terra hospites sumus: ⁊
peregrinorum more pro diebus nouissimis habitamus: Vos enim de
hoc mundo non estis: dicitur nobis. Quid ergo in aliena satagimus:
quid turbamur: Nemo in deteriori ⁊ extranea patria plus eligit possi
dere q̃z in sua. De his tantũ solicitudinem habere debemus ⁊ curam:
que nobiscum transferre possumus. Ambiant terrena gentiles: quib⁹
celestia nõ debentur: Concupiscant presentia qui futura non credunt
Nobis Christianis diuitie ⁊ hereditas sit diuinitas xp̃i: ⁊ Jesum xp̃m
dominum nostrum ad celos hodie ascendentem honoremus obsequi
is: operibus colamus: sermone semper ⁊ cogitatione fateamur: vt in
aduentu eius non cum contumacibus ⁊ contemptoribus puniamur:
sed cum sanctis ⁊ deum timentibus coronemur.

Sed iam ad te Pater Be. mea conuertatur oratio: Debet profecto
sanctitas tua tanto maiori gaudio: tantoue summa alacritate affici
de xp̃i triũphantis (cuius vices geris in terris) ad celos glorioso ascen
su: quanto preeminentia ac dignitate cunctos superas mortales. Sed
vereor vt hoc tuum incredibile gaudium incomparabilisqz letitia cũ
magno animi timore: inextimabili cordis anxietate sint admixta: cũ
angelis annuntiantibus hodierna die audias: xp̃m ad extremũ iudi-

cium fore venturum:vtpote rationem de omnib9 que in hac vita ho-
mines gesserunt exactissimā petiturum. Suscepisti nanqꝫ culmen pa
storalis fastigij: locum summi sacerdotij: vicariatum xp̄i: te xp̄s non
vni tantum ecclesie:sed vniuersis.non in parte sed in plenitudine pre
esse voluit. Dedit te deus in lucem gentium:vt sis caruꝫ salus vsqꝫ ad
extremū terre. Uocauit te deus in hunc excelsum locum vt lucernam
operum tuorum homines viderent ⁊ glorificarent patrem qui in ce-
lis est. Quamobrem probe ille sanctissimus predecessor tuus Grego.
sollicite considerare admonet:ne qui plus ceteris in hoc mundo ali-
quid accepisse cernitur ab auctore mundi grauius inde iudicetur. Cū
enim augentur dona consequens est vt rōnes etiam crescant donoꝝ.
Tanto ergo esse humilior atqꝫ ad seruiendū deo promptior quisqꝫ de
bet ex munere quanto obligatiorem se esse conspicit in reddenda ra-
tione. Magnum quippe est de factis coram iudice rationem reddere:
maius tamen nō modo de factis:veꝝ etiam de cogitatis satis facere.
Difficile est de omnibus actibus ⁊ cogitationibus proprijs:sed diffi-
cilius de aliorum etiam factis respondere. Mirabile est in temporali-
bus solum:mirabilius tamen in temporalibus spiritualibusqꝫ opti-
me prouidere. Sanctus coram iudice reputabitur qui recte ac salubri
ter suam ecclesiam rexit:sed ille sanctissimus ac beatissimus qui vni-
uersali Romane ecclesie (que sub se continet ceteras omnes) optime
prefuit ⁊ profuit. Considera igitur q9 ⁊ si humana nunc iudicia sub-
terfugere possis:cum iudicem in terris nō habeas nec in hac vita ali-
quis sit (paucis exceptis casibus) qui tibi dicere possit cur ita facis.
Manus tamen illius supremi equissimiqꝫ iudicis (qui tibi vniuersa-
lem ecclesiam vnicam sponsam suam cōmisit) euadere minime pote-
ris:quinetiam de thesauro suo (cuius dispensator existis) qualiter il-
lum quibusue dispensaueris rationem strictissimā vsqꝫ ad vltimum
quadrantem reddere debes. Cura ergo vt in illa retributionis die di-
cere xp̄o in veritate possis: Quos dedisti mihi non ꝑdidi ex eis quenqꝫ
Et si fieri possit (poteris quidē si vis) dicere audeas: Domine quinqꝫ
talenta tradidisti mihi ecce alia quinqꝫ superlucratus sum. Ut audi
re merearis quod sequitur: Euge serue bone ⁊ fidelis intra in gaudiū
domini tui. Quod haud difficulter conficies cum inmortali tui no-
minis gloria:si vitam tuorum subditorum ecclesiasticorum maxime
(que proh dolor in profundum iam pene peruenit malorum) refor-
mandam esse preceperis.si oues xp̄i non mercenarijs:sed veris pasto-
ribus cōmiseris.si particularibus ecclesiis tue cure cōmissis dignos ac
probatos viros prefeceris. si beneficia ⁊ ecclesiasticas dignitates do-
ctis ac benemeritis viris distribueris.si (vt est tui ꝓpositi) xp̄iane pa-
ci q̄ꝫmaxime consulueris. si dissidentes inter se principes ac populos

auctoritate tua composueris: ꝛ tua prudentia: ad vnitatem concordi-
amq3 redegeris. Habes iam profecto Cesarem clementissimũ: franco
rum regem xpianissimũ: Hispanieq3 regem semper inuictissimũ: tan
to federe concordes: tantaq3 charitate coniunctos: ita vt hi tres vnu3
sint. Eadem nanq3 eis est mens. idem animus. idemq3 propositum:
te. s. auctore ꝛ duce vitam suam imprimis suorumq3 subditorum re-
formare: deinde barbaricos hostes comprimere: eorumq3 seuitiam a
xpianorum ceruicibus amouere. Quod cum ita sit facile sanctitatem
tuam posse reliquos Christianorum principes ꝛ potentatus ad hmõi
concordiam institutumq3 trahere nõ dubitam9. Nam quid est quod
non speremus virtute ꝛ prudentia tua posse institui? magnitudine cõ
fici? constantia vigilantiaq3 obtineri? Quis non iussionibus tuis ob-
sequitur? Quis imperia tua recuset? Certatim omnes contendent: vt
q̃s maxime dictis ac monitis tuis obtemperare conent̃. Quoniã est ti
bi a deo optimo rerum omnium tributa potestas. Assecutusq3 es vt
quantum antea ecclesie vniuersali prodesse desiderabas: tantũ ꝛ nũc
possis. voluntati potestas accessit ꝛ desiderio tuo exequendi facultas
est associata. Tui ergo muneris est: cum his quos supra nominaui:
Turchum ꝛ Soldanum feras imanissimas reliquosq3 christiane re-
ligionis hostes: procul ab ouili dominico arcere: eorumq3 vanas sup-
stitiones penitus euertere. Nam ad hanc rem peragendam hic Jesus
qui hodie assumptus est in celum vobiscum adiutor aduenict: qui cũ
patre ꝛ spũsancto viuit in secula seculorum Amen.

